'GEBETBUCH LEOPOLDS DES HEILIGEN'
Niedersachsen (Mandelsloh ?) Ende 11. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

INSALOMONEM PSALMUS.

VOX AECCLESIAE DE XPO.

DEUS IUDICIUM TUUM REGI da. & iustitiam tuam filio regis.

Iudicare populum tuum in iustitia. & pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem populo. & colles iustitiam.

Iudicabit pauperes populi. & saluos faciet filios pauperum. & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole & ante lunam. per generationem generationum.

Descendet sicut pluuia in uellus. & sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus eius iustitia. & abundantia pacis. donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usq. ad mare. & a flumine usq. ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident aethiopes. & inimici eius